



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Thronus Dei Maria Deipara

Spinelli, Pietro Antonio

Coloniæ Agrippinæ, 1696

Festum Dolorum Deiparæ, num. 15.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46853](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-46853)

Tract. de miraculis.

runt, atque admirabilem ejus opem, quemadmodum in Tractatu de Miraculis allatis historiis ostendimus, experti sapissime fuerint. Verum reliquis omissis, id tantum afferam in præsentia, quod de ejusmodi imagine scribit Vincentius Beluacensis, qui ante 400. circiter annos floruit, in Speculo historiali libro 23. capite 147. ubi, cum ageret de Saracenis tempore Leonis II. Imperatoris, magna cum eorum cæde profligatis: Apud Constantinopolim, inquit in Monasterio sanctæ Dei Genitricis juxta palatium in mari prope sanctam Sophiam, erat Imago beatae Mariæ, quæ tenebat infansem in brachio, quam depinxit in tabula sanctus Lucas, cum adhuc viveret sancta Maria: hæc imago vocatur Odigitria, id est deductrix, quia duobus cæcis apparuit sancta Maria, & deduxit eos ad suam Ecclesiam, & illuminavit eos, cum ista imagine faciunt processionem omni die

Duobus cæcis B. V. apparuit, illisq; illuminavit.

Per imaginem Deiparæ Saraceni debellati.

Imaginis Deiparæ à Constantiноп. exemplar præclarissimū.

Peria.

ber.

S. Mariæ Angelorū solemnitas per S. Franciscum de Assisio promulgata.

MARTIS per totam Civitatem. Hæc ille, additque cum ejusmodi Imago per Urbem circumfertetur, Saracenos male perisse, eandem historiam ex Vincentio refert S. Antoninus tom. 2. hist. ut. 14. c. 2. § 3.

Hujus Imaginis exemplum una cum peculiaritate in eam pietate in Occidentis partes est propagatum; quare & Tempia, & Sacella ei dicata passim conspiciuntur: nec Deiparæ benignitas mortalibus defuit; plurima enim beneficia ad se confugientibus præstat; quod tabellæ in ejusmodi Templis, vel Sacellis appensæ satis testantur: quo etiam factum est, ut complures feria tertia cujuscumq; hebdomadæ propter institutionem Pulcheriæ, teste Nicephoro loco citato, & propter ea, quæ attulimus ex Vincentio Beluacensi in honorem Deiparæ Constantinopoli peracta, ejus Templum religionis, ergo adeant, & iis tantum cibis vescantur, quibus in Quadragesima uti licet.

S. MARIA ANGELORVM, SEV de Portiuncula die secunda Augusti.

IN religiosissimo Minorum Ordine sanctæ Mariæ Angelorum, seu de Portiuncula die 2. Augusti festum soleone celebratur, propter amplissimam indulgentiam, quam S. Franciscus à Christo Domino Deipara deprecante, cum suis peccata sua rite confessis, Templumque S. Mariæ Angelorum Assisi

ea die inviventibus impetravit; quod in libro Conformitatum S. Francisci conform. 2. & in Chronicis Minorum part. 1. l. 2. cap. 1. fufius describitur.

S. MARIA A CARMELO 16. die Julii.

S. Maria à Carmelo.

Celebris est solemnitas B. Virginis à Carmelo, quæ die 16. Julii ingenti fidelium pietate celebratur; in ejuſq; honorem feriam quartam cujuscumq; hebdomadæ peculiariter dicatam colunt complures, eaque die à carnibus sponte abſtinent.

COMMEMORATIO S. MARIÆ de Victoria die 7. Octobris, & Festum Rosarii Dominica 1. Octobris,

Commem. S. Mariæ de Victoria à Pio V. instituta.

S. Mariæ de Victoria commemorationem Pius V. Pontifex Maximus ob insignem de Turcis anno 1571. Deiparæ auxilio ad Echindaspartam victoriam quotannis fieri instituit die septimo Octobris, ut videre est in Martyrologio Romano ad eundem diem. Verum quia eo anno septima dies Octobris in primam ejusdem mensis Dominicam incidit, quo tempore solemnitas Sodalitatis Rosarii supplicatio fiebat Gregorius XIII. Pont. Max. Pij V. successor, hanc solemnitatem sub nomenclatione Rosarii Dominica 1. Octobr. in Ecclesia, ubi altare vel capella Rosarii fuerit, tanquam festum solemne sub duplici majori officio decadem Virgine Deipara celebrari iussit, quemadmodum c. 10. diximus.

FESTVM DOLORVM DEIPARÆ.

Dolorum B. Virginis solemnitas Luc. 1. Breviariū Roman.

Festum dolorum Deiparæ, quos cum puerum Jesum sisteret in Templo, Simeon ei vaticinatus est à Cisterciensibus, quemadmodum ex eorum Breviario colligitur die 16. Aprilis, ab aliis vero plurimis in locis, præsertim in Atrebatensi diocesi feria sexta ante Dominicam Palmarum solemniter celebratur. In ejusmodi Virginis Dolorum memoriam apud Trajectensem diocesem in D. Agidii, ubi Canonicorum Collegium erat, Societas quædam erecta est; quo in loco cõplura signa, ægrotis reddita valetudine, mortuis ad vitam revocatis, divinitus sunt exhibitæ; quæ admodum



dolorum
B. Virg.

modum libellus quidam de ea Societate latine
editus testatur.

FESTVM GAVDIORVM
Deiparæ.

Gaudiorum
Deiparæ
solemnitas
quando ce-
lebratur.

Festum Gaudiorum ejusdem Deiparæ in
Ecclesia quidem Audomarenſi ſabbato,
quod Aſcenſionem Domini proxime ſequi-
tur; in Eccleſia vero Noviomenſi recolitur
Dominica, quæ incidit poſt diem quartam Ju-
lii tranſlationi Sancti Martini dicatam. Gaudia
porro Deiparæ quænam fuerint, ex piſſimis
Canisius.
S. Th. Can-
isius. Episc.
& martyr
S. Mætilidis

FESTA DVO DEPOSITIONIS
veſtium Deiparæ in Vrbe Conſtantino-
politana die 2. Julii, & ul-
tima Auguſti.

Festum de-
positionis
veſtium
Deiparæ.
Pulcheria
Auguſti.
Iuvenalis
Patriarcha
Ierofolym.
Molanus.

16. **C**onſtantinopoli die ſecunda Julii in Bla-
chernis, quod eſt templum Deiparæ à
Pulcheria Auguſta admirabili pulchritudine in
ſuburbiiſ Conſtantinopolis extructum, fe-
ſtum eſt Depoſitionis veſtimentorum Deipa-
ræ in eodem Templo, quæ erant falciæ ſepul-
chrales à Juvenali Ierofolymitano Patriarcha
ad eandem Pulcheriam miſſæ. De hoc feſto
Molanus ad Uſuardi martyrologium in hunc
modum: Die ſecunda Julii Depoſitio ſcola ſan-
ctiſſime Domine noſtræ Deiparæ in Blachernis.
In eadem Urbe Conſtantinopolitana die ulti-
mo Auguſti feſtum eſt, quod vocatur depoſi-
tio Zone Deiparæ in Chalcoopratio; in Chal-

coprateio enim, quod latine fabricorum empo-
rium ſonat, erat alterum Deiparæ templum ab
eadem Pulcheria à fundamentis excitatum. De
hoc feſto Molanus ad martyrologium Uſuar-
di ſic habet: Die trigeſima prima Auguſti, De-
poſitio veneranda Zone ſanctiſſimæ Deiparæ, in
anniverſario die dedicationis templi in Chalco-
pratio. De Zone Deiparæ depoſitione extant
Encomia Germani Epilcopi Conſtantinopoli-
tani, & Euthymii monachi apud Surium tom.
4. die 31. Auguſti.

SOLEMNITAS RECOLLECTIO-
nis feſtorum Deiparæ Lovanii Domi-
nica prima Septembris.

Hujus feſti meminit Molanus ad Uſuardi *Recollectio*
martyrologium die prima Septembris *feſtina-*
his verbis: *Dominica prima die menſis Septem-*
bris Lovanii in Baſilica Sancti Petri, Solemnitas quibus
Recollectio feſtorum Beate Virginis Dei Ge-
nitricis Mariæ, qua cum totius Urbis læticia feſti-
ve celebratur. hæc ibi. Hujus feſti inſtitutionem
vide apud Lovanium Lipſii libro primo capite
quinto. Idem feſtum alibi etiam in Belgio eſt
ſolemne: Duaci enim Dominica ultima Au-
guſti, Antuerpiæ Dominica ſecunda ab Aſſum-
ptione Deiparæ, Cameraci Dominica quarta
Auguſti recolitur. In Calendario Breviarii Ca-
meracenſis Dioceſis exouſi Pariſiſ, anno 1507 *Officium*
cum officio Reſurrectionis feſtorum Deiparæ *dicta feſti-*
menſe Auguſto die vigelimo primo verſicu- *vinu.*
lus hic legitur:

Ecce die quarta Mariæ collige feſta.